— computauit, numerauit: Idē חָשַׁב Ion. 1. & Proverb. 16. Inde cogitatio, ingeniosa adinuentio, ratio, theorica: Eccles. 7. Pluraliter שְׁבָנוֹת & חָשְׁבָנוֹת 2. Par. 26. Idem מִחְשָׁבָה Eze. 38. Plur. מִחְשָׁבוֹת Proverb. 19. חָשֵׁב Ingeniosus, subtilis. חָשֵׁב Textura, opus ingeniosum: Exo. 28. Et in Hiphil חָחַשׁ tacuit, siluit, idem qd' חָתַת Psal. 39. Inde מִחְשִׁים negligentes: Iudæi exponunt silentes: Iudicū 18.

CVM DERIVATIS.

חַשְׁךָ Oportuit esse, necesse fuit: Da.
Chal. Inde חַשְׁחוֹת idē quod
necessitas: Ezrae 7. Porro Ezrae 4. Rabi
Sal. exponit pro חַשְׁךָ curauit.

חַשְׁךָ Caligauit, obscuratus est, ob-
tenebratus est: Psal. 69. Inde
obscuritas: Psal. 88. Idem חַשְׁבָּה
Psal. 18. חַשְׁבִּים obscuri, ignobiles. Pro
verb. 22. חַשְׁבָּה tenebrosa: Gen. 15.

חַשְׁנָה Tenebra, caligo: & cum affixis
Psal. 18. Porro חַשְׁנָה cum pun-
cto smol, significat idē quod מֵנֶע ab-
stinuit, uitauit: Iob. 38. pepercit: Isaiæ 14.
cessauit: Eze. 30. **לְחַשְׁנָה** Idem quod
חַלְשָׁה debilis & fatigatus fuit: Deut. 25.

חַשְׁמָלָה Trans. nostra Eze. 1. habet, ele-
ctrum: Hebraei intelligunt מַלְאָר ange-
lum. **חַשְׁמָןָן** Legatus, vir excellens:
Plur. חַשְׁמָנִים Psal. 68. & sunt secundū
Kimhi חַסְגָּנִים וְחַגְוָלִים magistratus
& magnates. unde & Mathathias filius
Iohannan

RADICES HEBRAICAE

Johannan sacerdos magnus, uocatur
חַשְׁבּוֹנִי & filij eius nominat^t
quos nos Machabæos appellamus.

חַשְׁן Rationale, pectoris ornamen-
tum: Ra.Sal.dicit quod sit תְּכִשֵּׁת or-
namentū suspensum super cor: Exo.25.

חַשְׁתִּין Per smol, idem quod גָּלָה
denudauit: Gen.30.reuelauit:

Isa.52.detexit: Ier.13.decorticauit,discoo-
peruit: Ioel.1. Porro חַשְׁתִּין per iamin
idem significat quod שָׁאֵב hausit, uel

לִקְרָת accepit: Haggæi 2.Et Isa.30.ubi ta-
men Kimhi exponit גָּלָה reuelauit.

Significat quoq^z חַשְׁית idē quod עֲרוֹר
grex paruuus:3.Regum 20.

חַשְׁקָה Concipiuit,dilexit: Isaiæ 38.

Inde חַשְׁקָה desiderium:3.Regum 8. Porro חַשְׁקָה significat cingere,
aliquid circulariter uestire. Inde חַשְׁוֹר
idem quod חַגְרוֹת secundum Ra.Sal.
Exo.38.cinctorum,peripheria: secundū

CVM DERIVATIS.

alios cælatura qua columnæ uestiuntur:
Exo.27. קָשָׁר Exponit per קָשָׁר
ligationem nubium, seu colligā-
tiam:2. Reg.22.& 3. Reg.7. quidā uolunt
esse circūferentiam rotarū. Sunt etiā qui
הַשְׁרוּם putat esse cribra uel modiolos.

חַתָּה In neu. gen. idem quod שְׁבָר
confractus seu contritus est:
Isa.8. frequentius tamē reperitur חַתָּה in
sesto ordine, cuius fœmininū חַתָּה po-
nitur Ieremiæ 14. & 48. & exponitur per
נִשְׁבָּה In passiuo habet חַתָּה fractus
est:2. Reg.22. Inde חַתָּה confractio:
Ier.48. & חַתָּה plaga, fractura: Iob 6.
Et fit actiuum in Hiphil: ut חַזֵּוֹן con-
trivit. Isa.9. & Psal.52. Secundo חַתָּה
idem est quod פָּרָץ timuit, formidauit;
& fermè semper inuenitur passiue in se-
xto ordine, nempe Isaiæ 51. & i. Regū 2.
Actiue uero חַתָּה in secunda coniugat.
terruit: Iob 7. disperdidit: Iere.1. Inde
בְּחַתָּה

RADICES HEBRAICAE

תִּתְחַזֵּק terror, pauor, tremor: Psalmo 89.
Idem חָזֵית Eze.32. Et חָזִים trementes:
Ier.46. Duplicantur etiam duæ primæ
radicales literæ, ut חָזְקִים idem quod
אוֹתָהּ terrores: Ecd.12.

חַתָּח Idem quod בָּעֵר accedit, fo-
uit ignem: Proverbiorum 17.
Et Isaiae 30. exponitur pro לְקַח ac-
cepit ignem: & hausit carbones: Prover-
biorum 25. Inde מִתְחַזֵּת Vasa in qui-
bus accenditur & sustentatur ignis, thu-
ribula, thimiamateria: 2. Paralip.4.

חַצֵּן Idem quod גַּז determinauit,
statuit, abbreviauit, præcidit, abscidit:
Danielis nono. **חַטֵּל** Job 38. ex-
ponitur pro סַבֵּב circundedit, inuoluit,
uel קָשֵׁר ligavit: Idem חַטֵּל Ezec.16.
fasciuit, seu cū fascia ligavit: Inde חַטֵּל
ligamen, emplastrum: Ezec.30.

חַתָּם Signauit, sigillauit, obfirma-
uit: idem quod סַחַט Isaiae 8.
q 3 Porro

CVM DERIVATIS.

Porro Job 24. habes ipsum in kofed, & Leu. 15. in Hiphil. Inde חותם idem qđ תבשׂ anulus, sigillum, signaculum quo literæ signantur: Haggæi 2. & Ieremiæ 22. idem חותם Genesis 38.

חן Affinitatem contraxit, nupsit: Genesis 34. Et in Hithpael חננָה matrimonio iunctus est: Iosue 23. & Ezræ 9. Item gener factus est: i. Regum 18. Inde חן sofer, uxoris pater: Exodi 18. & Iudicium 19. חן Gener, filiae maritus: Iudicium 19. Sponsus: Psalmo 19. in constructione חן Item חננָה So-
crus. חנן Desponsatio: Cantico-
rum 3. חן Rapuit, idem quod חן nam Teth & Tau sunt literæ com-
mutabiles Job 9. Inde חן Rapina,
deprædatio: Proverbiorum 23.

חנה Idem quod חפר perfodit:
Amos 9. uel נקב עשה fecit
foramen: Job 24. Item sulcavit in mari,
remigauit:

RADICES HEBRAICAE

remigauit: Ionæ 1. ubi Kimhi exponit apprehendit remum. Item explorauit: Ezechielis 8. tam & si David exponat, perfodit. Inde מִחְקָרָה foramen, fossa, latibulum: Ieremiæ 2. suffossio: Exodi uigesimo secundo.

פָּאַב

ב 4

CVM DERIVATIS.

בְּנֵי

Gauisus est, exhibi-
laratus est, bene fu-
it: uerbum Chald.

Dan.6. Inde טָבַד

bonus,benignus:Dan.2. Et טָאַח

טָאַטְעָה uerrit, scopauit. Inde מִטְאַטְעָה
scopa,idem quod Isa.14. יְעִסָּה

מְאַתְּקָה Mactauit,occidit,immolauit,
laniauit:Psal.37. Inde מִטְבְּחָה

occasio,iugulatio:Isaiæ 14. idem טְבַחַת
Psal.44. טְבַח Victimæ: Isa.34. Plur.

טְבַח sacrificia. טְבַח Coquus,la-
nius:i.Regū 9. Plur. גְּבָרִים magi-

ster militum seu occidentium:4. Reg.25.
In fœmin. טְבַחּוֹת mulieres focariæ seu

coquæ:i.Reg.8. טְבֵל Tinxit,baptis-
sauit:Ios.3. Capitur etiam neutraliter 4.

Reg.5. טְבֻוֵּל baptisatus. טְבַע
Demersit, defixit: Iere.38. & in neut.de-

mersus est:Psal.69. interjet, defixus est:
Psal.9.infixus est:i.Regū 17. Inuenitur

quoq;

RADICES HEBRAICAE

quoq^z טְבֵעַ actiue: Job.38. טְבֵעָה
 Anulus,circulus:Exo.28. Plural. טְבֵעוֹת
 Isa.3. Utuntur Hebræorum magistri eti-
 am hoc uocabulo טְבֵעַ pro natura: ut
 סּוֹרֶות הַטְּבֵעַ secreta naturæ. טְבֵעָה
 Vmbilicus,media pars uentris. Capitur
 etiam pro אֲמִצָּעַ medio: Iud.9.& Eze.
 38.exponitur pro Iudæa quod sit in me-
 dio terræ. טְבִתָּה Lunatio anni deci-
 ma, decembri nostro plerumq^z respon-
 dens:Ester.2.

טְהָרָה Mundus fuit, purificatus est:
 neut.gen.primæ coniugat.Le.
 13. Actiue טְהָרָה mundauit:utrumq^z ha-
 bes Eze.24. טְהָרָתְךָ וְלֹא טְהָרָתְךָ mun-
 daui te & non es munda. Inde טְהָרָה
 mūdus:Psal.51. טְהָרָה munda:Psal.19.
 מִטְהָרָה munda:Ezec.22. טְהָרָה
 Splendor:Psal.89. Kimhi tamen expo-
 nit זְבוֹת puritatem. טְהָרָה Serenū,
 clarum:Ra.Sal.exponit בְּרוֹר Exo.24.

CVM DERIVATIS.

טוֹב Et **טוֹב** bonus fuit, pulcher aut iucundus fuit. Inde uerbū His
phil **חַטִּיב** benefecit; 3. Reg. 8. & **חַטִּיב** bene egit: Psal. 36. Hinc **טָרֵיב** benefi-
cus, benefaciens. **טוֹב** Bonus, deco-
rus, elegans. **טוֹבָה** bona. Plur.
Psal. 125. **טוֹבָה** Neuit, filauit. Inde
טוֹבָה opus filatum: Exo. 35. **טוֹבָה** Et
liniuit, obduxit, deaurauit: Leui. 14.
טוֹבִים linientes: Ezec. 13. & **חַטִּיחָה** litura,
ibidem. Item **טוֹחוֹת** exponitur pro
renibus, uisceribus, Iob 38. Et ps.
si. capitul pro puris cogitationibus & af-
fectibus.

טוֹרָה Ordo, linea. Plur. Exo.
28. Porro 2. Paral. 4. exponitur
pro **פְּצָע** glomere: & Eze. 46. pro
שׁוֹרָה pariete. Chaldaice uero significat mon-
tem: Dan. 2. **טוֹשֶׁת** Rabi Abraham
exponit **עוֹתָה** uolauit: alij autem
festinauit, a properauit: Hos. 12. & Iob 9.
טוֹתָה

RADICES HEBRACAE

תְּחִנָּה Idem quod יְרֵה iecit arcu, sagittauit: Gen. 21. Quidam ponunt pro radice. תְּזַבֵּן Moluit, cōminuit, idem quod בְּתַחַן Nu. 11. & Isa. 3. Inde תְּזַבֵּן molitor: Iud. 16. Samson in carcere molere cogebatur ne panem gratis comederet, ut dicit David Kimhi. תְּחִנָּה idem quod רְחִים mola: Eccles. 12. Et תְּזַבֵּן Scortum secundū Trans. nostrā: Iob 31. Hebræi legunt, molet uxor mea, siue in seruitutem molæ redigatur.

תְּחֹרֶר Infirmitas ani, quam sicum uocant: capitur quoq; pro imagine forma ta ad similitudinem ani: i. Regūs . Plur. תְּחֹרִים Aliqui accipiunt pro emorride uel disenteria. תְּטַהּה In plurali תְּטַבּוֹת ornamēta frontis, coronæ quas Iudæi ponūt super capita sua ut admoneantur præceptorum dei, quas alio uocabulo תְּפִלְיָן uocat: Exodi 13. & Deuteronomij sexto.

טויט

CVM DERIVATIS.

טְרִט Lutum, coenum, limus, humus:
Ier. 38. & Psal. 69. **טוֹל** Et
הַטִּיל proiecit, misit: à radice **טוֹל** quæ
tamen non est in usu: Isa. 40. & Ion. 1.

טִינָא Lutum, coenum, stercus, Chal.
Dan. 2. **טוֹרָה** Et idem quod
חַוֵּל pallatiū, residentia, castellū, habi-
tatio: ps. 69. Plur. Eze. 25.

טַלְטַל Proiecit, amouit, de loco
mutauit. Inde **טַלְטַל** profugis: Isa. 22. **טָל** Ros: mas: gen.
Psal. 110. **שְׁבֵן** Idem quod ha-
bitauit: Dan. 4. Deinde significat etiam
idem quod **סְבִּר** operuit, texit: Nehe. 3.

טְלוֹא Maculosum, habens latas ma-
culas secundum Ra, Sal, Gen. 30. & uer-
baliter significat cōsuere diuersa fragmē-
ta: Eze. 16. **טְלִיחָה** Et in cōstructione
טְלִיה idem quod בְּבֶשֶׂת agnus: i. Reg. 7.
In plur. **טְלִיאִים** Isaiæ 40. capitulū etiā a-
pud magistros p signo arietis cœlestis.

טמוֹא

RADICES HEBRAICAE

טָמֵא Pollutus fuit: neut.gen.Psal.
106. Et טָמֵא polluit, propheta
nauit, contaminauit: Leui.13. & Psal.79.
Inde טָמֵא immundus: Leui.13. Plural.
טָמִים fordidi, טָמִים immūda: Am.
6. טָמַד Sordes, immundicia: 2.
Paral.29. Plur. טָמְאוֹת Ezech.36. Expo-
nunt etiā aliqui טָמָא Iob 18. pro טָמֵן
abscondere. טָמַה Idē quod אֶסְתָּס
obturauit, obstruxit: Leu.ii. nos, polluit.

טָבֵן Abscondit: Psal.35. Inde טָבֵן
absconsio, latibulum: nos, fouea: Iob 40
בְּטָבוֹן Thesaurus, absconditū quip-
piam. Plur. בְּטָבוֹנִים Iob 3.

טָהָר Idem quod סָל sporta, corbis,
canistrum: mas. gen. Deutero-
nomij 28. טָהָר Inquinavit, fœdauit:
Can.5. טָהָר Idem qđ תְּהִת Teth
pro Tau, quia sunt eiusdē prolationis:
errauit, deceptus est. Inde חֲטָה erra-
re fecit: Ezecl.13. טָהָר Gustauit: Iob

CVM DERIVATIS.

תַעַם gustus, sapor: Nu. ii. Item sermo, ratio, consilium, eloquiū; Proverb. ii & i. Reg. 25. Ionæ quoq; 3. Kimhi interpretatur consilium. Et apud magistros accipitur pro ratione & argumento. Accentum quoq; taam uocant.

תַעַם

Edictum, decretum: Dan. 3. & Ezræ 6.

תַעַם

Primo significat idē quod עַמְס oneravit: Genes. 45. deinde idem quod עַמְס transfixit: Isa. 14.

תַפְתָה Applausit, blanditus est mo re infantium: Isa. 3. Kimhi exponit, pompam egit.

תַה

Cœtus puerorum & infantium: Nu. 14. In plur.

תַבִּיס paruuli. Idem quod

תַבִּיס encant nutriuit, lactauit: Thre. 2. Item inē,

surauit: Isaiæ 48. Inde mensura

תַבִּיס palmæ: Hebræi exponūt בְּזָה מִיעוּדָה

mensuram paruam, ut est pugillus: Psal.

39. & Eze. 40. & 41. Inde תַבִּיס

paruuli, teneri, longitudinis cubitus:

תַבִּיס et palmarū. sic dicit

Thren. mosmatres palmis eorum ferat. et quod non

excedat mēritā palmarū

RADICES HEBRAICAE

Thre.2. צַעַת Idem quod peplum: nos, linteamen, pallium: Isaiæ 3.

טְבִלָּה Idem quod רְבֻקָּה & חֶבֶר iunxit, connexuit, composuit, concinnauit: Psal. 119. in Teth. Addidit, sociauit: Job 14.

טְבָשָׁר Idem quod נָגֵר præses, præfectus: Nahū 3. Plur. טְבָשָׁרִים Kimhi exponit שֵׁר Iere. 51. id est, princeps: Trans. noster omisit ut propriū nomen.

טְבִרִין Vngues, ungulæ: Danielis 4. & 7. טְבַשָּׁן Idem quod שְׁבֹן in pinguatus est, incrassatus est: Psal. 119. in Teth.

טְרֵר Assiduauit, continuauit: Proverb. 19. nos, stillauit. Chaldaice uero idem significat quod שְׁרֵח eiecit: Dan. 4. טְרֵחַ putruit. Inde מְפַחַת טְרֵחַ plaga putrida: Isa. 1. La borauit ad fatigationē. הַטְּרֵחַ Coegit: Job 37. Inde מְפַחַת fatigatio, molestia: Isaiæ primo. טְרֵס Et בְּטַרְסָם ante^{טְרֵס}

CVM DERIVATIS.

antequam, priusquam.

טרח Rapuit, cœpit, prædatus est,
mordicus apprehendit. Inde
טרבח cibauit: Proverb. 30.
Rapina, præda, captum à bestia: Eze. 4.
& Gen. 31. **טְרַח** Idem quod
esca, cibus, uictus: Iob 4. Itē præda: Na-
hum 2. Inde **חררי טְרַח** montes præ-
dæ, ubi scilicet bestiæ insidiantur ad ra-
piendum: Psal. 76. Significat etiam sur-
culum, ramum. Plur. **טרפיס** Kimhi ex-
ponit folia: Ieremiæ. 17. idem quod
אלח folium arboris. Est autem singu-
lare **טרח** Genesis 8.

רָאֵב

RADICES HEBRAICAE

תְּהִלָּה Idem quod תְּהִלָּה cōcupiuit, desiderauit:

Psal.ii.9.in Pe:& inue-

nitur tantū in hoclo-

co. **רַאֵל** Et inde הַחִיל Primo idē

significat quod הַחִיל cœpit, incepit:

Deut.i. & Ios.17. Secundo exponitur

per רָצַח & חַבֵּץ desiderauit, uoluit, ac-

quieuit, benignus fuit: Gen.18. Hosee 5.

& Ios.7. Inde **חוֹלָנָה** 4.Reg.6. uidet

mihi esse aduerbiū exhortādi:eya,quæ-

so, Tertio **רַאֵל** idem significat quod

סְבִּל stultescere, stultum fieri: Num.12.&

Isa.19.& Ier.5.& inuenitur ubiq; in passi-

ua uoce. **רִאֵר** Riuus, flumen, pisci-

na, amnis: Isa.23. In plur. **וְאֶרְיָם** Eze.29.

נוֹאֵשׁ Et inde passiuum auer-

sum est: Ier.18.& 1.Reg.27. Porro Isa.57.

uidetur accipi pro desperatū est. Et Job

6. Ra. Abraham exponit pro נְזַעֵב id

est, abominabilis, uel qui defecit in spiri-

tu, tu,

CVM DERIVATIS.

tu, aut qui in se confusus est.

בְּאַת

Acquieuit, morem gessit, assensum præbuit: Gen. 34. Inde רָאֵת decus, complacentia. Kimhi & Chald. interpres exponunt, regnū: Ier. 10. Hinc quoq; יְאוֹת congruit, cōuenit: frequens in comment.

בְּאַת בְּאַת Idem quod יְלִל eiulauit, ululauit, Iud. 5. Chaldaeis uero signifi- cat iubilare, clangere. בְּבֵל Et inde uerbum Hiphil חֹבֵיל attulit, protulit, adduxit: Psal. 60. & 68. Inuenitur etiam חֹבֵל Ezrae 6. & passiuū in kosed Psalmo 45. Hinc idem quod בְּבֵל fructus, germen: Haba. 3. Idem בָּול cū defectu iod: Leu. 26. Capitur quoq; pro ramo ligni: Isa. 44. & Iob 40. וּבְלִי

Idem quod פָּלָג riuus aquarum, ripa: Ier. 17. Plur. Isa. 44. Tertio גְּבַלָּה est papula, macula, uerruca defor- mis: Leuit. 22. Quarto וּבְלִי est cornu arietis: Exo. 19. inde quin- quagesimus

RADICES HEBRAICAE

quagesimus Iobilei annus. Plur. זָבְלִים
 Le. 25. יַבֵּס Affinitatem contraxit,
 connubia iunxit, Gen. 38. יַבֵּס So-
 rorius, יַבְמָה Vxor fratri, cognata;
 Ruth primo.

רְבֶשׂ Aruit, exiccatum est: neut. gen.
 .. Inde Hiphil הַזְבִּישׁ exiccauit,
 arefecit: Ier. 51. Item confudit, confusus est,
 erubuit: 2 Regū 19. & Ier. 2. & 6. Videtur
 mihi tamē הַזְבִּישׁ poni pro ut
 sit radix, quando confundere signi-
 ficat. עַזְבֶּשׂ aridus: ut יַבְשֵׁנָה
 gnum siccum: Ezech. 20. In foem.
 arida: & substantiue יַבְשָׁה arida, id est,
 terra: Psal. 66. Chaldaice uero נַפְשָׁתָא
 Danielis secundo.

רְגַבָּה Agricola, rusticus, idem quod
 עֹבֵר הַשְׂרָח cultor agri: Plur.
 יְגָבִים Ier. 52. Et capitur pro a-
 gris, cap. 39. eiusdem. יְגַת Et
 affixit, humiliauit, cōtristauit: idem qd'

CVM DERIVATIS.

תְּנַגֵּת Thren. i. & 3. Idem תְּנַגֵּת eius Hi
phil: Job 19. Inde תְּנַגֵּת tristitia, dolor,
anxietas, moeror, afflictio: Proverb. 10.
Idem מִזְגִּים Isa. 35. & Psal. 116. af-
flictores: Isaiæ 51. & item בָּתָלָה נָגָת
virgines afflictæ: Thren. i. Et Zopho. 3.
אֲבָה ubi Kimhi dicit esse passiuum, affli-
cti, anxiati: nos, nugæ. גַּע Labora-
uit: Psal. 6. defecit: 2. Reg. 23. fatigatus est.
Inde חֹגֵעַ fatigauit, labore afflixit:
Isa. 43. Idem עֲבָדָה in secunda coniugat.
Eccl. 10. עֲבָדָה Lassus: 2. Reg. 17. labo-
riosus, difficilis: Eccl. 1. עֲמִידָה Labor: ps.
78. idem עֲבָדָה Job 20. Porro 2. Regū 14.
exponit à Chal. interprete pro עֲבָדָה no-
cere. עֲגֹור Timuit, formidauit, ueri-
tus est: de tertia forma primæ coniugat.
Job 3. Psalmo 119. idē quod עֲגֹור de quo
supra. עֲגָר Chaldaicū, idem quod
אֶל Hebraice, aceruuus, tumulus: Gen. 31.
& est עֲגָר uera sua radix.

RADICES HEBRAICAE

Principale & primarium huius di-
ctionis significatum est, manus: In
duali numero יָדִים & in cōstruct. יָדַי
utriusq; gen. Deinde capitur transsum-
ptive: Primo pro מֵבֶח percussione seu
plaga: Psal. 38. & 77. unde יְדַקֵּחַ ma-
nus ualida: Exo. 7. Secundo pro חִילָא
uirtute, potētia: Ios. 8. Tertio pro מִזְוָם
loco: 1. Reg. 15. Isa. 55. & 1. Regū 4. ubi ta-
men quidā legunt יְדַעַת sit sensus, quod
cor Heli percūtiebat ipsum propter ar-
cam domini. Eodem capite חַשְׁעָר capitur pro gradu portæ.
Quarto pro littore: Danielis 10. Item pro sagena uel
hamo: Exodi 26. Quinto pro parte, &
tunc habet in plurali יְדֹות partes: Da-
nielis 1. & 2. Reg. 19. & 4. Reg. II. Capitur
etiam pro consilio: 2. Regum 14. & pro
cuiuslibet fermè membris officio, ut יְדַעַת
לְשׂוֹן manus linguae: Proverbiorum de-
cimo octauo.

CVM DERIVATIS.

אָדָם Idem quod עָתָה uolauit: Psal.
18. idem uerbum inuenitur in se-
cundo Regum cum litera Res loco Da-
leth. **בְּרוּגָה** Dilectus, idem quod
נָאֵם Psal. 127. Plur. יְבוּרִים Psal. 60.

Hinc rex Salomon uocabatur יְבוּרִים
dilectus domini: 2. Reg. 12. יְבוּרָה dilec-
ta, secundum Trans. nostram, Ier. 12. Et
idem יְבוּרָה idē quod אַחֲבָה dilectio, ami-
citia: Psal. 45. **זְבֹוֹן** Organum,
musicum instrumentum: Psal. 77. Alij
uolunt esse nomē cantoris, qui psalmos
cantauerit isto inscriptos uocabulo.

שְׁלִיר Primo significat idē qđ
proiecit, sagittauit: Ier. 50. misit,
iecit: Joel. 3. Secundo significat idem fer-
mè quod שְׁבָח laudauit, confessus est:
tuius Hiphil הַזְבֵּחַ frequentius inueni-
tur in Biblia. Idem חַזְבֵּחַ Ezrae 10.
Inde מַזְבֵּחַ confitens: Nehe. 1. חַזְבֵּחַ
confessio, laus, gratiarum actio: Isaiae 51.
chorus

RADICES HEBRAICAE

chorus laudantium: Nehe.12. & in com-
mētarijs Rabini solent scribere חוראת
Nota etiam quod in Hiphil quandoq;
manet he litera: ut יְהוָה confiteunt
tibi: Psal. 45. Inde יְהוָה Iudæa seu Ju-
da, natio scilicet quam terram sanctam
uocamus. יְהוּדִי Judæus. In plurali
יְהוּדִים Ester 9. & יְהוּדִות Iudæa scili-
cet foemina: Item Iudaice 4. Reg. 18.

רֹעֵשׁ Cognouit, sciuit. Inde uerbum
Hiphil הָרַא notum fecit, ostē-
dit, fecit scire: Psal. 98. Hinc nomen רָאשׁ
& in construct. רָאשָׁת scientia, notitia.
Idem מְנֻעַ Par. 1. & Chaldaice מְנֻעַ
Dan. 5. Plur. רָעוֹת 1. Reg. 2. מְנֻעַ
Notus: Psal. 31. idem נָגַע Psal. 76. Plur.
מְנֻעִים noti, cognoti: Job 19.

Idē quod קָרְבָּן propinquus:
Proverb. 7. & Ruth 2. קָרְבָּן Idem
quod בָּשָׂת magus, ariolus: In plurali
בָּשָׂת 1. Reg. 28. Secundo עֲשָׂעַ signi-
ficit

CVM DERIVATIS.

significat etiam idem quod שׁבָּר fre
git, contriuit: Iud. 8. Alij exponunt sic: fe
cit cognoscere viros Sochot spinas &c.

וְנִמְלֵא Vnum ex nominibus diuinis, ut
תְּהִלְלָנִיהָ laudate dominum. Et se
cundū Dauid Kimhi deus uocatur IA
quod sit creator mundi & כְּבוֹד causa essendi ipsum. Venit enim יְהָיָה à
uerbo הַיְהָה fuit.

וְנִמְלֵא Dedit, attulit, obtulit: Daniel. 2.
וְנִמְלֵא Psal. 29. & 80. Item posuit: 2. Re
gum II. Inde סְבִבָּרִים idem quod
תְּנוּמָה dona: Hosce 8. יְהָבָב O
nus, pondus: idem quod מִשְׁא Psal. 55.
וְנִמְלֵא Eya, aduerbiū exhortandi: Ge
nesis II. uel, da, affer. יְחִילּוּס Iaspis,
secundum alios, demandant: Exo. 28.

וְנִמְלֵא Idem quod גָּסָח gross
sus & obtusus spiritu seu intellectu, pre
ceps: Habac. 2. arrogans, superbus: Pro
verbiorum uigesimo primo.

וְנִמְלֵא

RADICES HEBRAICAE

רַבֵּת Dies: mas.gen.Plur. יְמִים & in
construct. יְמִי Inuenitur etiam
Psal.90. יְמֹת Inde aduerbium
idem quod בָּיִם per diem,dietim.

וּמָיוֹם Hodie:Exodi 34. Et
duplicatum,significat per singulos dies,
cottidie:Genes.39. וְלֹא Idem quod
טְרֵית lutum,cœnum,stercus:Psal.40.&
69. וְגַדְעָה Græcia:Danielis II.
Græci:Ioelis 3. וְקוֹל Columbus. In
plur. יְנוּחָה Eze.7. In fœm. וְכוֹלָ
ba:Gen.8. Porro Ieremiæ 26.& 46. ubi
Trans.nostra habet, columba, Hebrei
legūt, mœror uel tristitia, ut sit deriuatū
ab וְנֵחֶה uerbo. וְעַמְּסָה Idem quod
זְמָם cogitauit,considerauit:Gen.II.

שְׁלָמָה Armauit,phalerauit. Hinc quidā
uenire uolunt סְמוּנִים equi ar-
mati:Ier.5. Secus Kimhi sentit: de quo
etiam supra. שְׁלָמָה Idem quod שְׁעָרָה
sudor:Ezec.44. ubi iubetur quod sacer-
dos dotes

CVM DERIVATIS.

dotes se non accingant in loco sudoris,
hoc est infra lumbos uel infra ascellas sed
iuxta cor. Deinde significat etiam idem
quod יְגִיעָה id est, laborem: Gen. 3.

אֶלְעָד Vniuit, adunauit: & uenit ab Isa. 14. Idem יְחִרָּה Psal. 86.

Inde יְחִידָה unicus, unigenitus, primo/
genitus: Amos 8. Plur. יְחִידִים Psal. 68.

In foem. יְחִנָּה Iud. 11. Spe-
rauit: Psal. 33. & Fze. 13. Idem הַזְׁבֵּל uer-
bum Hiphil: Job 32. & Psal. 38. Capitur
etiam Ezecl. 19. pro desperare, ut Kimhi
dicit: Item idem quod תְּזַעֲרָה expectauit:

4. Reg. 6. Inuenitur etiam אַזְבֵּל pro
dolebo: Ier. 4. cuius radix est חַל & יְחִלָּה
tam & si Kimhi dicat utrumq; idem sig-
nificare. Inde חַלְלָה spes: Prover. 10.

אַזְבֵּל Calefecit: 3. Reg. 1. Inuenitur
etiam יְצֵס in kofed pro cale-
facere & concipere: Gen. 30. & Psal. 51.

אַשְׁוֹר Asinus sylvestris: Deuter. 14.

רְחוּב

RADICES HEBRAICAE

נָחַת Discalciatus,nudus pedes:2.Re
gū 15. Nuditas:Ier.2. **נִיחַשׁ** Et
familia,genealogia, psapia, tribus:Ne
hemiae 7.& uerbaliter **נִיחַחַת** inuesti
gauit prosapia, numeratus est per ge
nealogiam:Nehe.7.& 1.Paral.1.2.3.&c.
Capitur quoq; **נִיחַחַת** profamilia seu
prosapia:2.Par.31,idem **מִנִּיחַשׁ** Ezræ 2.

נָחַר Idem quod **אָחָר** tardauit,mo
ram fecit:2.Reg.20. **יְטַב** Idem qd'
חִיטֵּב bonum fuit:Iud.16. Inde
Ios.24.benefecit. **מִירְטֵב** benefaciens:
Iud.19. In futuro **אִירְטֵב** Iud.17.
Item **יְאֹוֶת** idem quod **חִיטֵּב** bene,cō
grue:4.Reg.11. **גַּן** & in construct.
גַּן uinum:mas.gen.ut patet Psal.104.

חִזְבַּעַת Et inde uerbum Hiphil
probauit,approbauit,præpara
uit:Gen.24. redarguit,reprehendit:Ge
nesis 21. Inde **מוֹבֵעַת** obiurgator,corre
ctor:Iob 32. **נְבַחֲת** Approbatio seu
excusatio,

CVM DERIVATIS.

excusatio, ut Rabi Sal. exponit Gen. 20.
תָּבְחַח correptio, increpatio: Prouer. 27.
In plurali תָּבְחָחוֹת Psal. 38. Item
רְבָרִים uerba recta: Prouerb. 24.

יָכַל Potuit, præualuit. Isa. 7. potuit
sustinere: Ier. 10. de tertia forma primæ
coniugationis. Hinc יָכַל Vis, po-
tentia: Numeri 14.
אֲלֹל Inde הַיְלֵיל ululauit: Ioelis 1.
— ululare fecit seu clamare: Isa. 52.
in futuro יְהַלֵּל &c.

יָלֶד Et יָלֶד Peperit, parturijt: Gen.
6. & Psal. 7. Inde הַיְלֵיד gene-
ravit, parere fecit: & est proprié patris, si-
cut אֶבֶן matris. unde נָלָה
patres generantes, & ma-
tres parientes: Ier. 16. In passiuo na-
tus est: Isa. 9. Inde יָלֶד puer, filius: Io-
elis 3. idem יָלֶד Gen. 17. & Re-
gum 6. Plur. יָלְדוֹם Zach. 8. &
2. Regū 21. Hinc יָלֵד בֵּית uernaculus,
filius

RADICES HEBRAICAE

filius familiæ, natus uidelicet de famula
domus: Ier. 2. פָּנָה Puella, filia: Io-
elis 3. Plural. פָּנָהִים Zach. 8. פָּנָהִים
Genetrix, parturiens: Iere. 16. מִלְּבָדָה
Obstetrix: Gen. 35. לְבָדָה Et & לְבָדָה
partus, nativitas: 4. Reg. 19. pariēs:
Ier. 13. בָּדָה Generatio, nativitas:
Gen. 24. Idem הַלְּבָדָה In plur.
מִלְּבָדִים & Ezec. 16.

אֲלֹת Idem quod הַלְּבָדָה iuit, ambula-
uit, abiit, perrexit: Item uenit: ps.
95. Inde uerbum Hiphil הַוְלִין duxit,
deduxit: 4. Reg. 6. & Psal. 106.

וַלְּפָת Impetigo corporis, scabies hu-
mida durans usq; ad mortem secundū
Hebræos: Leuitici 21. אֲלֹת Est
species locustæ: Trans.no-
stra habet, brucus: Joelis 1. & uocatur sic
quod lambat & rodat herbam, uenitq;
a uerbo לְקָשׁ ut Kimhi dicit.

יב

CVM DERIVATIS.

מMare:mas.gen.In plur. יָם Ge
nesis i.Inde יְמֵה Occidens,plaga
occidentalis. Nam mare mediterraneū
est ad occidentem respectu Hierusalem:
Zach.14. Porro Psal.107.accipitur pro
meridie. יְמִים Idem quod
muli:Gen.36.ubi nos,aquaæ calidæ.

מ Et in construct. יְמֵן dextra:
fœm.gen. Capitur etiam pro meridiis:
Psal.89. Hinc תַּרְמֵן Auster,Aphricus
uentus:Zach.9. Et תַּרְמֵנִי dexter,ad-
iectiue:3.Regū 7. & תַּרְמֵנָה dextror-
sum,ad dextram:1.Par.23. Inde uerbum
חַיְמֵן dextrauit,ad dexteram declina-
uit:2.Reg.14. Idem חַאֲמֵן aleph loco
iod:Isa.30. Inde participium
בְּרִמְגִינִים dextrantes,ad dextram iacentes:1.Par.
12. **מ** Quidā interpretantur פְּנַז
seu אַגְּגִים delitijs affluxit: alij uero uolūt
quod radix eius sit אַמְרָה & iod stet lo-
co aleph,significetq; magnificari,exalta-
ri,&

RADICES HEBRAICAE

ri, & gloriari sub forma Hithpael: Translatio nostra habet, superbire: Isa. 60.

וַיִּמְשֹׁךְ Secundum Ra. David Kimhi est idem quod tetigit: Jud. 16.

וַיָּבֹרֶךְ Et in coniugat. Hiphil חונך cōtristauit, afflixit: Eze. 18. & Ier. 22. נוֹבֵךְ Depopulabimur eos: Psal. 74.

וַיִּשְׁבַּר **בְּנֵי** Kimhi exponit per conteret, & uult quod eius radix sit גוֹא Psal. 141. **מוֹנִים** Hostes: Kimhi exponit אונסים uiolentiam inferentes: Isa. 49. Item Ier. 46. Hebræi legunt וּבְנֵה pro deceptione, ubi nos, columba.

וַיְנַחֵךְ Et **חַבֵּית** posuit, reposuit, dimisit: Gen. 19. & 39. & est uerbum defectiuū in prima radicali litera, quā supplet dages in nun. Inde **בְּנַחֲתָה** quies: Eccl. 4. & 6. Et **מִנְחָה** locus dimissus ut Kimhi exponit: Ezech. 41.

וַיְנַחֵךְ Suxit: Isa. 60. Inde **חַיְבָחָה** & in fœm. **חַיְבָחָה** fecit sugere, lactavit,

CVM DERIVATIS.

uit: Gen. 21. & Thre. 4. יונק Lactens,
infans: Plur. יונקים Psal. 8. מינקָה
Nutrix, obstetrix: Genesis 35. In plurali
תִּינְקוֹת Isa. 49. Secundo יונק signi
ficat uirgultum, germen: Isa. 53. In plurali
תִּינְקוֹת Psal. 80. Et secundū Kimhi sunt
עֲנָבִים הַרְבִּים בְּנֵי שָׁתָּה
rami tenerio-
tes, filij anni sui, hoc est qui unius anni
tempus nō excedunt: idem יְנִיקָות frō-
des: Ezech. 17. גְּשֻׁוֹת Noctua, auis
nocturna secundum Hebræos: Isa. 34.

אָסָר Fundauit, fundamētum posuit:
Psal. 89. Idem יְסָר in secunda
coniugat. 3. Reg. 5. Inde יְסָד funda-
mentum, basis: Exo. 29. Plural. יְסָדוֹת
Idē significat 3. Re. 7. Plur. מִסְרָה
2. Re. 22. & מִזְרִיחָה Prover. 8. Significat
quocq; גְּסָר & in passiuo יְסָר consiliū
inire. Nam in omni opere non minus
cōsiliū est requirendum q; fundamētū
in ædificio: Psal. 2. & 31. Et יְסָר præter-
pit, statuit,

RADICES HEBRAICAE

pit, statuit, disposuit: ut Ra. Sal. exponit:
Ester 1. Porro Isa. 28. capit^e pro nomine.

רִסְנָה Idem quod סַבֵּר operuit, ob/
duxit, liniuit: 4. Regū 16. מַזְסָרָה operis/
mentum: ibidem.

רִסְתָּה Et in cōiugatiōe Hiphil הָסִית
addidit, auxit, adiecit: Iudic. 8. &
Psal. 71. Inde הָסִפָּה crementū, augmē
tum, additamentum. **רִסְרָה** Castiga
uit, erudiuit: 3. Reg. 12. Inde casti
gatio, disciplina, eruditio, correctio: Pro
uerb. i. Cæterum בָּסָרָה idem signi
ficat quod צְשָׂרָה uinculum, ligamen:
Psal. 2. Plur. מְזֻסָּרוֹת Isa. 52. &
Iora, cum quibus ligantur iuga iumento
rum: Ieremiæ 27.

רִשְׁעָה Et צְשָׂרָה Pactus est, testificatus
est, fœdus fecit: 3. Regū 21. Inde
Hiphil הָזִיעָר testimonium dedit: Job
9. Item certū tempus præscripsit: Ier. 49.
& 50. Inde צְחָרָה & in construct. צְחָרָה
testimo-

CVM DERIVATIS.

testimonium: Ios. 24. Idem נָשָׂרָה Nu-
meri 7. item cōgregatio, multitudo: Ios.
9. Verbaliter גּוֹעַד conuenit, congre-
gatus est: Psalmo 48. & Ios. II. עִיר &
עֵד testis: Psal. 27. מְוֻעֵד Tempus
sollenne in quo cōgregantur homines:
Psalmo 75. Capitur etiam pro quolibet
certo præscripto tempore: Ezechiel. 46.
Plur. מְוֻעָדִים sollennitates. Item tem-
pla: Psalmo 74. Hinc חַמְזָרָה locus
certus pro refugio constitutus: Ios. 20.

יְשִׁים Purgavit: Isaiae 28. Inde יְשִׁים
quod Hebræi ubiqz pro scobis expo-
nunt, nos habemus, tridentes, creagræ,
skutræ: 3. Regum 7. Num. 4. יְשִׁים Et
נָשָׂרָה Barbarus, brutus, ineloquens, uul-
garis: item impudēs. טְבִיעַ Idem qd'
תְּבִיעַ inuoluit, induit: item Chald. idem
qd' יְעַזְבֵּל cōsiliū inijt: Dan. 5. & Ezræ 7.
טְבִיעַ Et הַזְעִיל profuit, utile fu-
it: Isa. 30. & Hab. 2. Inde בְּזִיעַל
utilis

RADICES HEBRAICAE

utilis & utilitas, profectus: Iere. 16. Idem
תְּוֻלָּה frequens in commentarijs.

יַעַל Ibex, hircus rupicolus, capricornus: idem quod חיש Plur. יַעֲלִים Psal. 104. & Iob 39. Secundū alios sunt dami. Item יַעֲלָה hinnulus, caprea: Prover. 5.

יַעַז Cōiunctio rationalis, ideo, propter erea, eo quod. Et duplicatur quādōcē cum interpositione Beth ad maiorem evidentiam, ut dicit Kimhi: Ezecl. 36.

Item יַעַנְחָ secundum Ra. Abraham Iob 39. est avis quæ ponit oua sua in terra, & uocatur uulgariter סְטוֹרֶצָא stratio: Isa. 13. & 34. Plur. יַעֲנִית Thren. 4.

יַעַט Fatigatus est, defecit: Ier. 2. Inde יַעַט lassus, fessus: Isa. 40. Plur. יַעֲפִים Iudic. 8. Significat etiam idem quod עֹז uolauit, accessit: Danielis 9.

Item תְּוֻפָּה idem quod חִזְקָה robur, fortitudo: Iob 22. Pluraliter תְּוֻפּוֹת Numeri 23. Et Psalmo 95. exponitur per

CVM DERIVATIS.

כְּבִיחִים cacumina.

רַעֲנָן Decreuit, consuluit: 2. Regū 16.

רַעֲנָן Item annuit, seu de uis̄is consilium dedit: Psal. 32. In passiuo רַעֲנָן cōsilium inſt: Psal. 71. Inde עַצְחָה & in cōstruct. עַצְחָה consilium. Plural. עַצְחָות

Idem מִעֵצָה adinuentiones, cogitationes: Mic. 6. & Prouer. 22. יוֹעֵץ Consiliarius. Pluraliter יוֹעֵצִים Iob 3. Idem נֹעֲצִים Prouerb. 13. Inuenitur etiā עַצְחָה in te consilium pro עַצְחָה Isa. 8. רַעֲנָן Sylua, saltus, nemus: Deut. 19. In plurali יְעֻרִים Eze. 39. & יְעֻרּוֹת Psal. 29.

בָּרְךָה Fauus mellis: 1. Reg. 14. Idem קָרְבָּן Canticorum 5.

בָּרְךָה Pulchrum fuit. Inde יְפֵחָה in se-
cunda cōiugat. pulchrum fecit: Jerem. 10. & חַדְבֵּי יְפֵחָה pulcher factus est, in quarta coniugat. Jer. 4. Hinc nomina
יְפֵחָה & in constructione יְפֵחָה pulcher. decorus: 2. Reg. 14. & יְפֵחָה pulchra: 3. Res-
gum 1.

RADICES HEBRAICAE

gum. Et יופי pulchritudo: Isa.3. Et duplicantur aliquando primæ duæ literæ: ut יופי pulcher factus es: Psal.45. Et עגלה uitula elegās: Ier.46. Habet autē hæc duplicatio emphasis quandā. Vnde Da. Kimhi כל בפל הוא לחשן omnis duplicatio est ad fortificandum rem ipsam.

רְפָחָה Idem quod הגה loquens, meditans, secum constituens: Psal. 27. Verbaliter חִנּוּפֵחַ meditatus est: Ier.4. Idem קְפִיחַ Psal.10. & Prouerb. in multis locis. יְפֻעַּע Et inde idem quod האריך illustrauit: Psal.3. & Iob 3. Splendide apparuit: ps.50. & 80. Hinc יְפֻעַּת idem quod זהר splendor, illustratio: Ezechielis.28.

A יְפֵה quod non est in usu, uenit מְזֻמָּה signum, portentum. In plurali מְזֻמָּהִים גְּדֹלִים Signa magna: Deuteronomij quarto.

CVM DERIVATIS.

חַזֵּיא Exiuit,egressus est.Inde **חַזֵּיא** Eduxit protulit,fecit egredi.
מְצָא exitus:Psal.107. prolatio:Dan.9.
egressio:Psalmo 19. Item Oriens,ubi sol
egreditur Hemisphaeriu[m] inferius:Psal.75.
Plural: **מְצָאִים** Isaiæ 41.idem
Proverb.4 Item **יְצָאת** exponitur pro
abortuum faciente: Psal.144. secundū
alios pro exeunte in captiuitatem.

צֹהָה Egestio,stercus: Isa.28.

חַזֵּיב Et inde Hiphil **חַזֵּיב** cum defe-
ctu iod,statuit,collocauit,cōsti-
tuit:2.Reg.18.Et **הַחִזֵּב** in quarta con-
jugat.astitit,uel statuit se:Psal.94. Inde
בָּגְדָּג stans. Pluraliter **בָּגְדָּרִים** Iud.18. In
fœm. **בָּגְדָּת** 1.Reg.1.Item **בָּגְדָּב** positus,
constitutus:Gen.24. **מִצְבָּה** statua,al-
tare:Hosee 3.idem **מִצְבָּה** & in construc-
tione **מִצְבָּה** titulus.2.Regū 18. Idem
מִצְבָּה Ios.4.Plur. **מִצְבָּות** 4.Regū 17.
Exponitur etiam **מִצְבָּה** 1.Regum 13.pro
שְׂרֵי

RADICES HEBRAICAE

שְׁרֵי הַחִיל principibus exercitus: nos, statio. Et מִצְבָּה Kimhi exponit Isa. 29, pro fortalitio ligneo ad ciuitatem posito. Cæterum Chaldaice רְצִיבָה idem est quod אָבוֹת uere: Dan. 2. & 3.

מִצְבָּה Et inde uerbū Hiphil מִצְבָּה po
fit, locauit, statuit: Hos. 2. & Job

Regula me 17. מִצְבָּה ponens. Iud. 6. Et nota morabilis. quod nullū uerbū qđ à iod incipit, cui⁹ secunda radicalis littera est zade, mutat iod in uau quum ex ipso fit Hiphil, sed penitus abiçitur iod, & relinquitur dages in Ainpoal. De hoc uide Grammaticā Elianam quam nuper uertimus.

מִצְבָּה Et inde Hiphil מִצְבָּה idem qđ expandit, strauit: Isaiæ 58. & Psal. 139. exponitur pro descendere, uel potius pro lectum sternere. Inuenitur quoq; Isa. 14. in passiuo secundæ coniugationis. Inde מִצְבָּה Stratū, lectulus: Isa. 28. Plural. יְצֻבָּה Psal. 63. Porro

CVM DERIVATIS.

יְצַר 3.Reg.5.exponitur pro latere tem-
pli,sive secundū alios pro תָּא &
thalamo sive camera, de foris téplo ad-
harentibus: ubi nos,tabulata: Idem E-
zech.40. Item Isa.33. אֹהֶל יְצַעַן taber-
naculum demissum,depositum non ex-
tentum:& est nun finale adiecticia litera
ut Kimhi dicit. יְצַחַר Oleum:mas.
gen.Ioelis 1.

יְצַחַק Fudit,effudit:4.Reg.3. & habet
יְצַחַק passiuū kofed: ut חַזְקָה ef-
fusa est gratia:uel est passuum Hiphil,
uau surec posito pro hatephkamez. In-
de בְּזִקְנָה mare fusile:3.Regum 7.
Et בְּזִקְנָה infusoria,quibus scilicet o-
leum in lucernas fundebatur:Zach.4.

Significat etiam יְצַחַק firmum & sta-
bilē esse: Et Psal.41.exponitur pro יְצַחַק
affixum esse. Inde יְצַחַק idem quod
הַעֲמֵד statuit,firmauit:Ios.7. & 2.Reg.
15. יְצַחַק Idem quod יְצַחַק stabilis,fir-
mus:

RADICES HEBRAICAE

mus: Job 4*i.* Idem מִצְחָה Job ii. & 3*v.*
ubi tamen alijs fluxibilitatem uel fusum
esse exponunt. Et 3*v.* cap. eiusdem Rabi
Abraham exponit שְׁאַלְמָנָה angustiam,
ubi nos, fundametum.

תְּבִיבָה Formauit, finxit: Psal. 7*4.* Et no-
ta quod בְּרָא proprio creare si-
gnificat, hoc est, ex nihilo aliquid facere:
יְצַרֵּר autem significat enti creato figurā
inducere, & עֲשָׂה membra singula or-
dinare. Inde Figulus seu עֲשָׂה formator uasorum fictilium.
Plur. יְצֹוּרִים i. Par. 4. Et mē-
bra: secundū alios, effigies: Quidam aut
pro cogitationibus interpretantur: Job
17. Porro Zach. ii. יְצֹר habet iod lo-
co aleph, & est idem quod אֶתֶּן thesa-
rarius ut Kimhi dicit, ubi Trans. noster
uertit, statuarius. Ego aut arbitror hic si-
cut in multis alijs locis significare figulū,
& hunc figulum cui dederūt triginta ar-

65 genteos,

CVM DERIVATIS.

genteos, ut Euangeliū sonat. Idem sentit Lyra in concordantīs suis. **רָצֶר**

Figmentum, cogitatio: Isa. 26. & Psal. 103.

Secundo **יִשְׁרָאֵל** significat idem quod **עֲקָת** & **צָרָר** & **עַקְמָה** angustiauit, artauit: Proverbiorum 4. affixit: i. Reg. 10. unde saepe inuenies **וַיַּצֵּר** & affixit, iod radicali quiescente in zere. **רַצְחָנָה** Et inde Hisphil **חַצְיוֹת** idem quod **בָּעֵר** incendit, accedit: Iud. 9. Vnde **חַפּוֹת** **וְנַצְחָה** furo domini succensus est: 4. Regum 22.

Porro Ier. 9. capitul. p. deuastare. **שְׁמַם**

יְקֻנָּן Torcular: Nu. 18. In plur. **יְקֻנִּים** Ioelis 2. Porro Iud. 7. quidā hoc uocabulum accipi contendunt pro certa planicie, ubi Zeeb fuit occisus. **רַצְחָה**

Idem quod **בָּעֵר** accedit, ussit, frxit: Leu. 6. Inde **יְקֻורָה** incendium, locus accessi ignis: Isa. 30. **מוֹצֵר** Titio: Psal. 102. ardor, locus incendiij. Idem **מִצְרָה** Leu. 6. Plural. **מוֹצְרִים** Isa. 33. **נוֹסָחָה**

Auscultauit,

RADICES HEBRAICAE

Auscultauit,idem quod שָׁמַע secundū
Rabi ijzhac. Inde יִשְׁתַּחֲוֵת obedientia:
Ra.Sal.exponit אָסִיפָה collectionēm;
à radice זָה Gen.49. Proverbiorum
autem 30. exponitur à cōmentatore pro
mandato.

שׂ Et idem quod תְּלַחַשׁ su
spendit,affixit,crucifixit:Nu:25.
& 2.Regū 21. Proinde Ier.6.exponitur
per סֹר recessit: tam & si ibi עַד pro
radice assignari possit,ut dicit Kimhi.
Idem Ezech.23. יִקְרַב Et inde uerbū
Hiphil חִזְיָה idem quod סְבִבָּה circum
dedit:Psal.17. & 88. Item reuolutus est,
in orbem transiit:Iob .i.in rotundum to
tondit: Inde participium מִקְרָבִים cir
cundantes:3.Reg.7. Et pertinet hoc uer
bum ad regulam quā supra in יִצְגָּג pos
sui. יִצְגָּג Euigilauit,experectus
est: Genesis 9. In futuro נִיְצָבֶן & euig
lauit:Iudicum 16.

יב

CVM DERIVATIS.

אָחָר Pretiosum fuit, appretiatum est:
Zach.ii.In futuro יִשְׂרָאֵל appreti
abitur:Psal.72.Inde חֹסֵר pretiose æ-
stimauit: Isa.13. יִשְׂרָאֵל Pretiosus:Psal.36.
יִקְוָה pretiosa. יִקְרָה Dignitates:
Zac.14. ubi nos,frigus. Sic Psal.45.ubi
quidā ipsum capiunt adiective. יִשְׂרָאֵל
pretium:Zac.ii.& Psal.37. **בָּסָר** Et
יִצְחָק inclitus,gloriosus,magnificus:E-
zra 4.Et nota qd' uerbaliter habet
in futuro,quiescente iod essentiali in ze-
re:Psal.49.Habet etiā נַיְשָׁר 1.Reg.18.
מְקֻשָּׁה Laqueum posuit:Ier.50. impe-
git in laqueum:Psal.141.Passi-
ue יִשְׁוֹשֶׁן irretitus est: Isa.8. Inde
idem quod לֹכֶד uenans,capiens:Psal.
91.Capitur etiam pro רְשָׁת reti:Prouer.
6. Item יְזָקְשִׁים uenatores:Psal.124.
Et מְזֻחָּשׁ auceps:Amos 3. Significat
quoq; laqueum,decipulam,scandalum:
Exo.10,& 23.In plur. מְזֻקְשִׁים offendis-
cula:

RADICES HEBRAICAE

cula:lob 40.& מָזַבְשׁוֹת Psalmo 140.

Idem יְקֻשִׁים Ier.5.

נָרָא Timuit,formidauit:In scem.ge.
נָרָא Psal.76.Est etiā נָרָא no/
men,timens, timerosus. In plur.
Porro נָרָא in secunda coniugat.signifi/
cat terrere,actiuum:dages in zere absco/
dito:Nehe.6. נָרָא Timor,pauor:
Ier.32. Capitur etiam pro deo pauedo:
Psal.76.Mutatur proinde quandoq; a/
leph in he:ut Psal.9.Plur. מָנוּרָאִים hor/
ribilia:Deu.4. Inde etiam נָרָא & in
constructione נָרָא timor;Psalmo 19.
נָרָא Terribilis:Ioelis 2.& נָרָאָה terri/
bilia:Psalmo 45.

חָרַךְ Descendit. Inde Hiphil
fecit descēdere:Psal.56.detraxit:
Abdiæ 1.deposuit:Ios.2.duxit deorsum:
Psal.55. חָרַךְ detractus:Isaiæ 14.

מָוֶר Præcipitum,descensus:Mic.1.
dependentia:3.Regum 7.

CVM DERIVATIS.

בְּרִיחָה Idem quod שֶׁלַّ proiecit: Ios.
18. sagittauit: Psal. 10. & 64. Inuen-
nitur etiam 2. Reg. 11. habere aleph loco he.
Idem חֹרֶח in Hiphil: Iob 30. Et Gen.
46. significat expurgare locum. Inde
מַזְרִים sagittarij, iaculatores: i. Par. 10. &
1. Reg. ultimo. Item יְוִרִים iacula: aut
secundum alios, sagittatores: i. Paral. 10.
Secundo significat חֹרֶח & do-
cere, instruere, informare: Prover. 4. ps.
25. Et secundū Hebræos significat etiam
pluuiia fœcundare: Isa. 28. ubi nos, erudi-
uit. Inde הַזְרָח Lex, instrumentum,
doctrina: In plur. הַזְרָחוֹת Item מַזְרִח
doctor, instructor, legislator: Psal. 84.
Et צַפֵּה speculator, superintendēs: Iud.
7. Porro Isa. 30. quidam exponunt pro
מַטָּה pluuiia, alijs pro doctore. In plurali
מַזְרִים instructores: Proverb. 5. Item
יְוִרָה significat pluuiam, præsertim eam
quæ circa Octobrem ad fœcūdandam
terram

RADICES HEBRAICAE

terram cadit: Ier. 5. pluuiia temporanea:
Deut. 11. Et uerbaliter, pluere: Isaiae 28. se-
cundum Kimhi.

לְבָנָה Luna: Isa. 60. Lunatio, mensis,.
Reg. 7. Plural. **יְרֵחִים** menses:
Exo. 2. **גַּת** Secundum aliquos
significat idem quod **זְתַח** declinavit, se-
cundum alios uero **חָרָר** tremuit, & tunc
radix sua est **רַטֶּט** Nu. 22. & Iob 16.

גַּזְעָן Coxa, fœmur: Genes. 24. Latus:
Leu. 1. & Iud. 15. Kimhi exponit pro po-
plite. Plur. **וְרָבִים** & in cōstruct. **עֲבָתִי**
latera: Psa. 48. Est etiam **גַּזְעָן** pes can-
delabri: Exo. 25. & Num. 8. Item plaga,
regio: Genesis 47.

בְּשָׁרֵב Displicuit, male fuit: Isaiae 59. &
Ionae 4. Item malum fecit: Psal.
106. In futuro **וְרֹעֵעַ** & displicuit: & qui-
escit iod in zere: Ponit autem & Kimhi
hanc radicem. **וְרוּעֵחַ** Cortina, ue-
lum, sagum: Psalmo 104. Plural. **וְרוּעָות**
panni

CVM DERIVATIS.

panni qui expanduntur in tabernaculis:
Isa.54. שְׁפָעַת Spuit, conspuit: Deu.
25. & Nu.12. effudit: Cant.1. שְׁמֵדָה Et
שְׁמֵדָה & שְׁמֹדָה olus, uiror, herba comesti-
bilis eminens super radicē: Nam שְׁמָא
& שְׁמָבָה significant herbam cum radice,
ut dicit Kimhi: Psal.37. Hinc שְׁמָא or-
tus olerum:3. Reg.21. שְׁמָרָה Flas-
uum, croceum, pallidum, auri color: Le.
13. & 14. Inde שְׁמָרָה Aurugo, pallor:3.
Reg.8. uicum frugum: Amos 4.

שְׁמָנִי Possedit, hæreditauit: Psal.44.
— Inde שְׁמִירָה hæreditate posse-
dit, acquisiuit: Ezrae 9. הָרֶשׁ Hæres,
possessor:2. Reg.14. מְוֹרֶשֶׁת hæredi-
tas, possessio: Eze.ii. Idem מְוֹרֶשֶׁת Mi-
cheæ.1. & יְרוּשָׁה Psal.61. Item מְוֹרֶשֶׁת
יְרוּשָׁה possessiones cordis, id est, cogita-
tiones: Job 17. quidam interpretantur su-
nes, nam per cogitationes cor ligatur.

Secundo שְׁמַנִּי significat depauperari
in neut.

RADICES HEBRAICAE

חָרִישׁ in neut. gen. Proverb. 20. Inde depauperavit, uastauit: Ios. 3. exterminauit: Job 20. Et Psalmo 44. exponitur per גַּרְשֵׁנָה expulit. Hinc רַשׁ pauper, oppressus: Proverb. 14.

שְׁבַע Idem quod **זְבֻן** antiquus, de crepitus, senex, qui diu dura uit in mundo: Job 15. Plur. יְשִׁישִׁים cap. 12. eiusdem. Hinc שׁ est, quod diu du rat: & recipit affixa: ut צְבִישׁ num est: Jud. 4. Et נְשָׁנָה מְזִשִּׁיעָה Si es tu sal uator: Jud. 6. Hinc uolunt uenire dicti onē תְּזִיעָה quæ uarie exponitur: Qui dam namq; exponūt pro גְּנָה thesau ro iustis à deo seruato: Proverb. 2. Rabi Abrahā Job 12. exponit pro חֹזֶק & lege seu statuto: & Job 5. p hominis uoluntate seu proposito: & 6. eiusdem pro conatu mentis: Kabuenaki autem Pro uerb. 8. dicit tuschiam significare שׁ-existentiam: sic cap. 18. eiusdem exponit

t pro

CVM DERIVATIS.

pro rebus existentibus. Porro Kimhi
Isa.28.exponit p sapiētia & lege. Trans.
nostra plerunque habet, æquitas, salus,
iusticia &c.

שָׁבֵת Sedit, habitauit, mansit.

חוֹשֵׁב Collocauit, statuit, po-
suit: Psal.143. constituit: Psal.4. **יוֹשֵׁב**
Habitator, colonus. **יוֹשְׁבַת** habitatrix.

מוֹשֵׁב Cathedra, sedes, sessorium:
Psal.1. Capitur etiam pro familia & co-
gnatione: 2.Reg.9. **חוֹשֵׁב** Aduena,
incola: Psal.39. Plur. **חוֹשְׁבִים** 2.Par.29.

בְּגֻעָה Humiliatio: idem quod
& inuenitur solum Mic.6. **וַיֵּשֶׁט** Et
חוֹשִׁיט extendit seu porrexit manum:
Ester 4.& 5. **וַיֵּשֶׁס** Idē quod
incultum est. Inde **וַיִּשְׁמֹן** solitudo,
desertum: idem quod **מִזְבֵּחַ** Num.23.
& Isaiae 43.

שָׁנָה Dormiuit: Gen.2. Item dormi-
ens nominaliter: Psal.78. Et in
secunda

RADICES HEBRAICAE

secunda coniugat. יִשְׁן significat ad somnum inuitare: Iud. 16. Hinc שָׁנָה & in construct. שָׁנָה somnus, sopor: Proverb. 20. Idem שָׁנָא Psalm. 117. Plur. שָׁנּוֹת Prover. 6. Secundo יִשְׁן significat idem quod זָהָר senescere, inueterascere: Deu. 4. Vnde Leu. 13. צָרָעָה גַּוְשָׁנָה lepra inueterata. Et יִשְׁן uetus. יִשְׁנָה uetus. Plur. יִשְׁנִים Can. 7.

שָׁלֵל Saluus fuit, in neut. gen. Inde חֹשִׁיעַ saluauit, liberauit: Ios. 10. מֹשִׁיעַ saluator: Iudic. 3. In plurali in Abdia. יְשֻׁעָה Salus, salutare: Idem תְּשֻׁועָה & יְשֻׁעָה Iud. 15. Inuenitur quoq; יְשֻׁעָתָה & dicitur significare salutem in hoc seculo & in futuro. Vide Kimhi Psal. 3. In plur. יְשֻׁועָתָה Psal. 116. יְשֻׁפֵּה Iaspis, lapis pretiosus: Exodi 28.

שָׁרֵךְ Placuit: Iud. 14. Et יְשַׁרְךְ in secunda coiugat. direxit: Prover. t. 2 biorū;

CVM DERIVATIS.

בְּיָרֻעַ; rectificauit: Psalmo ii9. in Ait.
Inde יִשְׁרָאֵל rectus, rectū: Ios. 9. In scem.
בְּיִשְׁרָה Ezec. i. Plural. יִשְׁרָאֵל & in cons.
struct. רֶשֶׁת לֵב recti corde: Psal. 32.
מִישְׁׂרָה rectitudo: Prouer. 2. Idem
Psal. 45. Et מִשְׁׂרִים æquitas, æquita-
tes: Prouerb. 1. & Psal. 9. pacificatio, foede-
ratio: Dan. ii. Capitur etiam מִישְׁׂרָה p
planicie, Isa. 40. 3. Reg. 20. Inuenitur etiā
יִשְׁרָאֵל Isaie 44. pro Israel, quod rectus
fuerit.

מְרֹךְ Clavus, paxillus: Isa. 22. in con-
struct. מְרֹךְ Jud. 4. Exponitur
etiā Ezrae 9. p קְבֻעַ firmitate seu solida
fixione. Plur. מְרֹכֹת & in constructiōe
Exo. 27. מְרֹךְ Pupillus, or-
phanus: Exo. 22. Plur. מְרֹכָם Iob 22.
מְרֹחֶרֶת Superfuit, reliquum fuit, reman-
sit. Et in actiua significatione
חֹזֶר reliquit, residuum fecit: Psal. 79.
גָּזָר Relictus est, passiuū kal: 3. Reg. 18.
residuatus

RADICES HEBRAICAE

residuatus est: Psal. 106. נָהָר residue, superfluus. Plur. נָהָרוֹת Ier. 27. Inde נָהָר Reliquiae, residuum, plus, magis: Ios. 11. Idem עַל יְחִירah Ier. 48. Plus, abundanter: Psal. 31. נָהָר Plus, abundantius. In Daniele exponitur per ualde נָהָר Nimietas, superfluitas, amplius: Proverb. 14. Idem Eccles. 1. & 2. Idem יְחִירah plus, magis: Ecl. 6. & 7. Secundo נָהָר est nervus balistae: Iob 30. ubi nos, pharetra. Idem in נָהָר tuis, subaudiendum, pones sagittas. Et Exo. 35. exponit pro חֲבֵליָס לְקַשׁוּ funibus ad ligandum.

Tertio יְחִירah significat reticulum seu adipem circa iecur: Leuit. 3. & 4.

CVM DERIVATIS.

בְּבָבָה

Sic, in hunc modū:
Psal. 144. & Iob 1.
בְּבָבָה Stella, sy-
dus, astrū: mas. gen.

In plur. בְּבָבִים Psal. 147. Qui numerat
multitudinem stellarum: Dicit Kimhi à
sapientibus 1098. tantum stellas numera-
tas, alias quas uidere homines nequeūt,
à deo numerari. Porro 7. stellas errati-
cas Hebræi uocant בְּבָבִי לְבָבָה nem-
pe quod uadant, & in cōtinuo motu sint
in proprijs orbibus.

בְּבָרֶךְ Torta, massa rotunda: ut בְּבָרֶךְ
לְחֵס massa panis: Ier. 37. Plur.
בְּבָרוֹת & sunt tortæ maiores בְּבָרֶךְ
placentæ: 1. Reg. 10. Secundo significat
campum & planiciem: Nehemia 12. & 2.
Regum 18. Tertio significat pondus
seu talentum: ut בְּבָתְה talentum
argenti: 4. Regum 5. In plurali
בְּבָרִים Exodi 25.

כָּאַב

RADICES HEBRAICAE

בַּאֲבָבָה Doluit: neut.gen.Prouerb.14.

Inde **הַבְּאִירָה** uulnerauit:Job.5.

afflixit,deuastauit:4.Reg.3. **מַבְאֹבָה**

Dolor,flagellū:Job.33.Idem **לֵבָב** Job

2. In plur. **מַבְאֹבִים** dolores:Psal.32.&

בְּאָחָד Idem quod **מַבְאֹבוֹתָה**

Isa.53. **בְּאָחָד** doluit. Inde **חַבְאָחָה** mōereri fecit,

contristauit:Eze.13. Inuenitur etiā **נַפְאָחָה**

passiuē pro **גַּשְׁפֵל** humiliatus est:Job.30.

Inde **גַּבְאָחָה לִבְבָה** cōpūctus corde:ps.109.

רוּחָה גַּבְאָחָה spiritus mōestus:Prouerb.15.

בְּבָרֶךְ Graue fuit, præualuit. Inde

בְּבָרֶךְ in secunda coniugat. gra-

uauit:1.Reg.6. Sic **חַבְבֵירָה** in tertia, ag-

grauauit:Isa.6. Item muneribus graua-

uit:Nu.22. **כְּבָרָה** Grauis,pondero-

sus,diuitijs oneratus:Gen.13. Idem fer-

mē **בְּבָהָה** Isa.1. **כְּבָהָה** Grauitas:Isa.26.

multitudo:Nahū.3. Secundo **כְּבָהָה** si

gnificat honorabilem esse:Exo.14. Inde

כְּבָבָה Honorauit,glorificauit:Exodi.20.

CVM DERIVATIS.

Idem חַבְבֵץ Ier.30. Gloriosus,inclitus,nobilis: i. Paral.4. In plurali כָּבָר honorabiles: Psal.149. & in construct. כָּבָר gloria,honor: Genesis 31. Tertio כָּבָר significat epar,iescur:Prouerb.7.& Thren.2.

כַּפְחַת Extinctum est,neu.gen.i. Reg. 3. Actiue uero כַּפְחַת extinxit: 2. Reg.14. מִכְפָּחַת extinguitor: Ier.4.

שֶׁלֶשְׁלַת לְאֹסֵור רְגִלִּים Est כַּבְלָל Catena ad ligandum pedes, compes, uinculum: Psal.105. In plur. בְּכָלִים Psal.149. Item 3. Regū 9. אָרֶץ בְּכָוֵל terra clausa scilicet à fructu: alij,terra arenosa.

מִבְבָּס Lauit,tinxit: Le.13. Inde בְּבָס fullo,lotor: Mal.3. Idem נָזְבָּס Isa.7.

כְּנָלִי זָן לְרָאשׁ Est בְּבָעֵץ armatura capitis, galea, cassis,galerus, thiara: i. Reg. 17. Plur. בְּבָעִים Ier.46.

כְּבָרִת Multiplex:Iob 8. multus: Isa. 17. grandis,fortis,idem quod חוץ

RADICES HEBRAICAE

חַזְקָה Job 34. Porro Isa. io. habet augmē
tum Aleph בָּאֵפֶר potens, grandis.
Hinc idem quod רַבְיָה מִבְכָּרִיר multitudo: Job 36. Secundo בְּבָרֶר est aduer
biuum temporis præsentis, iam, nunc, si
mul: Eccl. 3. & 9. Tertio מִבְכָּר Exo. 27.
& 38. dicitur esse uestis habens multa fo
ramina in modū retis: stragula, pannus
spissus. Chaldæus interpretatur 4. Reg.
8. linteum: Idem בְּבָרֶר Amos 9. secun
dum alios est cribrum. Quarto
est certa spatiij mensura: iuger, stadium:
Gen. 35. Kimhi dicit esse mé
suram miliarij: 4. Reg. 5. Quinto
est idem quod בְּרֵר modius seu ut Chal.
habet נֹזֶר lagena, quā Michol posuit
loco capitis Dauid, capillans eam pilis
caprinis, quo magis præ se ferret figurā
humanī capitīs. I. Reg. 19.

בְּבָרֶר Subegit, subiugavit, subiecit:
Idem בְּבָרֶר 2. Regū 8. Idem
הַבְּרִישׁ t s הַבְּרִישׁ

CVM DERIVATIS.

כבש Ier.34. Secundo **כבש** idem est quod **טורגה** gradus, scabellum, supedaneum: 2. Par. 9. Tertio **כבש** est **תנור**, fornax, in quo scilicet lapides in calcem cremantur, secundū Rab. Sal. Gen.

19. Quarto **כבש** est agnus & grex agnorum: Hosee 4. Plur. **כבשים** Eze. 46.

In fem. **כבשה** Le. 14. & **כבשה** ouis, agna: 2. Reg. 11. In plur. **כבשותה** Gen. 21.

ברך Scintilla, idem quod **נץוץ**

nos, theda: Job 40. Inuenitur autem hoc loco tantum.

ברית Et Hydria, amphora: Genes. 24. & 3.

Reg. 17. Plural. **בריות** lagenæ uacua: Iud. 7.

ברבר Lapis pretiosus, quem quidā carbunculum, aliij chrystralum esse uolunt: Thargum Hierosolymitanū & Kimhi interpretantur **מורגליה** margaritam nigram: Isa. 54.

ברבה Chald. mendax, falsus: Daniel 2. **ברבנה** Huiusmodi, talc: Chal.

Dan. 2.

*Genes. 21. legit
כְּצַדְקָה בְּצַדְקָה
in modo rodej illa
campensione gra-
matrice matris off-
eretur est*

RADICES HEBRAICAE

Dan.2. בְּרוֹר Pila, globus, sphæra, quæ in plano ad longum spatiū projici potest: Isa.22. & 19. Vnde Hebræi dicunt terram esse kadur, hoc est spæricæ figuræ in sua conuexa superficie. Porro Iob 15. בִּירּוֹר capitur pro prælio seu globo militum.

בָּחַד Caligauit, obfuscatus est: Zac. ii. & i. Reg. 3. Proinde Isa.42. Kimhi exponit per רֵשׁ fatigatus est, alij festinare interpretantur. Sic Ezecl.21. נִזְבְּתָה in fœm. defecit, anxiatus est. Et בָּחַת consumptum est: Leui.13. Et item בָּחַת i. Reg.3. per מִגְעָן seu עַצְר id est, prohibuit exponitur. Hinc obscurus: Isa.42. tristis, mœrens: cap.61. eiusdem. Et Nahū 3. Kimhi pro רְפֻואַח exponit. בָּחַת Sic, ita, in hunc modū: Ios.6. idem בָּחַת Ier.19. In cōmentarijs capitule etiā pro huc: ut עַזְבָּחַת hucusq. בָּחַל Chal. idem quod יְמִלְאָה Hebraice,

CVM DERIVATIS.

ice, potuit, ualuit: Danielis 2. & 5.

בְּחֵן Et in kofed בְּחֵן ministrauit, sa
cerdotio functus est: Ezech. 44.

decorauit sacerdotē: Isa. 61. בְּחֵן Sa/
cerdos, praelatus, præses, minister sacro/
rum. Plur. בְּחָנִים Gen. 49.

& in construct. בְּחָנָה sacerdotium: Ios.
18. In plur. בְּחָנוֹת 1. Regū 2. בָּוָה

Combussit, incendit: Proverb. 6. & Isa.
43. Inde בָּוָה adustio: Exo. 21. idem se/
cundū aliquos Isa. 3. Sic מְבָוָה Le. 13.

בְּרַח Virtus, potentia, fortitudo, uis,
robur. Significat etiam reptile

quoddam, quod aliqui limacē, alijs cha-
mæcontem, alijs stellionem, Iudæi עִיר
חוֹן interpretant: Le. 11. Vno בּוֹל

modo idem fermè significat quod
& est frequētius in Hiphil: ut præ

ualuit: 1. Regū 7. & 8. Alio modo חֲבִיל
idem est qd' סְבִל sustinuit, potuit ferre:

2. Par. 7. & Ier. 6. Sic etiam quidā Eze. 21.
exponunt,

RADICES HEBRAICAE

